Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241846-p0001-8

Sammelband von Diss




U.q.19,5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241846-p0002-3

ENVNCIATA
# DISPVTATIONIS
NONAE
*libri 3. Inſtitut. Imp.*

# DE LOCATIONIS-CONDVCTIONIS ET EMPHYTEVSEOS CONTRACTV

*Ex tit. 24. d. lib. 3. Inſt. conſonis
I. C. textibus excerpta*

QVAE

A. D. T. E. V.

*PRAESIDE*

*Nobiliſſimo, Clariſſimo. Conſultiſſimoq; Viro*

DN. ARNOLDO DE REYGER,
I V. D. ET ORDINARIO P.
Profeſſore digniſſimo

*Diſcutienda proponit, & pro ingenij tenuitate
tueri annitetur*

*IOHANNES ERNESTVS
ab Hundelshauſen.*

Ad 29. Diem Martii
*Hora & loco conſuetis.*

IENAE
*Ex typographéo Tobiæ Steinmanni.*
ANNO CIↃ IↃ XCV.

NOBILISSIMO, AMpliſſimo, ac Eminentiſſimo Viro, Dn. JOHANNI ERNESTO à Teutleben, in wenigen Sömmern/ & Laucha/ Inclyti, celſiſſimorum Saxoniæ Ducum Judicii reviſorii, Præſidi conſultiſſimo, &c.

Avunculo ſuo meritiſſimo

Has poſitiones legales, In Academici exercitii teſtimonium, ac debitæ gratitudinis & obſervantiæ ſymbolum

*Dicat, Dedicat, R.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241846-p0004-4

## *CONTINVATIO.*

Cum locatioconductio multa cum emtionis & venditionis contractu communia habeat, iiſdemque ferè juris regulis conſiſtat; rectè de ea nunc inſtituetur diſputatio.

*In prin. Inſt. hic. l. 2. ff. eod.*

## THESIS I.

EST AVTEM LOCAtioconductio contractus juris gentium, nominatus, ſolo conſenſu initus, in quo vel perſonarum opera, vel rerum uſus atque fructus pro certa aliqua mercede, ilicò conſtituta, ad tempus præſtatur.

*l. Iurisgentium. 7. ff. de iuſt l. 5 in pr. l. 14. cum l. ſeq. l. ſi merces. 25. §. 5. l. ſi fundus. 33. §. 1 ff. h. t. l. contractus. 24. C. eod. l. 2. de O. & A. Weſenb: in Iſagoge Inſt. lib. 3. n. 35.*

2.

Hinc perſpicuum evadit, rectè locatorem eum dici, qui interveniente mercede utendum vel faciendum dat. Conductorem verò eum, qui definitâ mercede placitum offerentis ſuſcipit.

*l. 2. C. locato. l. item quæritur 13. §. 1. & 3 l. qui operas. 38 l. ex lege. 51. §. locavi. l. Martius. 59. ff. h. t. Cuiac. in paratit. ff. & C. h. t. noſt. & lib. 2. Obs. cap. 38. ac lib. 4. cap. 26. Wes. in comment. ff. hic. Gœd. ad l. 5. §. 1. ff. de V. S. Oldendorp. in pr. claſſ. 4. act 9. Diſ. Dd. communiter.*

3.

Omnes verò, qui juris commercium & contrahendi facultatem habent, locare & conducere poſſunt, præterquam milites & curiales, quibus tamen

ſtabulum pro equis, & habitationem in ſuum & ſuorum uſum conducere permittitur

*l. 30. cum ſeq. & l. fin. C. h. t. l. 4. in fin. ff. de decur: Wes. in paratit. h. t. num. 5.*

4.

Omnes quoq; res alienæ, quæ in commercio poſitæ uſu non conſumuntur, itemq; operæ honeſtæ rectè in hunc locationis conductionis contractum veniunt.

*l. ſi tibi alienam 7. cum l ſeq. ff. h. t. l. hoc ſenatus. 5. §. 1. ff. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſum. Cuiac lib. 9. obſ. cap. 15. Goed. ad l. 5. de verb. S.*

5.

Porrò ut ad emtionem venditionem precii: ſic in hoc contractu præter rem & conſenſum etiam mercedis interventus omninò requiritur, quæ vel ab ipſis contrahentibus expreſſè & ultrò definitur, vel in arbitrium certæ alicujus perſonæ confertur.

*In pr. Inſt. hic. l. 2. l. ſicut. 20. l. 25. ff. h. t. l. ſi convenerit. 23. ff. communi dividundo. Wes. in comment. Inſt. §. 1. n. 2.*

6.

Quod ſi contrahentes nullam mercedem expreſſerint, nec ad certum locum tempuſvè ſe expreſſè retulerint, vera locatio, deficiente nimirum ejus ſubſtantiali requiſito, non conſiſtit.

*§. ſed & certo. in fin. Inſt. de empt. vend junct. pr. h. t. eod. d. l. 2 d. l. 25. ff hic. Weſenb. ſuper allegatum §. Inſt. hic. & in §. fin. vers. & ideo. Inſt. de mand.*

7.

Hæc autem merces non modò in pecunia numerata, ut potiſſimùm in locatione faciendi fit, ſed & in aliis rebus fungibilibus, & præſertim in locatione utendi conſiſtere poteſt, variiſq; pro vario rerum ac perſonarum uſu appellatur nominibus.

*l.19 §.3.ff.hic.l.21.C.eod.l.pen. §. pen. C. de conſt. pec. arg.l.222.ff.de V.S.Coras.lib.2.Miſcell.cap 12.Wes.in Paratit.hic.num.7.Alth.lib.1.iuriſprud.Rom.cap.23.Cujac. in tract.ad Affrican. pag.528. Idemq; lib. 4. obſ. cap. 26. & noviſſime ac elegantiſſimè Gregor.Lopetz.in lib.ſingul.animadvers.iuris civ. cap.15.Diſſ. pleriq; veterum interpretum.*

8.

Recipit præterea locationis conductionis contractus conditionem & tempus, idq́; expreſſum vel tacitum, ubi omne id repetitum cenſetur, de quo in expreſſa locatione convenerat. Nec ſi per decennium extenditur, aliud contractus nomen aut formam induit.

*§.emtio.Inſt.de emt.d.l.2.d.l.13.cum ſeq.l.24.§.fin. l. 60.ff.hic.l.16.C.eod.Wes.in paratit.hic.& cons.3.n.62.Cuj.in Nov.120.*

8.

Quod ſi nullum certum tempus quandiu locatio durare debeat expreſſum ſit, tunc in ruſticis prædiis ad annum facta præſumitur, ut locationis fructus percipi poſſint: in urbanis verò tam diu quoad alteruter contrahentium renunciaverit.

*d.l.item quæritur.13.§.final.cum l.ſeq.ff.hic.d.l.16. C. eod. Wes.in parat.ff.eod.num. 8.*

10.

Cæterùm ante finitum locationis tempus intempeſtivè conductor ex re conducta expelli nequit, niſi inopinata locatori cauſſa neceſſitatis incidat, vel ſi ipſe ſua domo egeat, aut ruituram inſtaurare velit, nec non ſi conductor in re conducta malè verſetur, aut periculum ſit in mora quamvis ipſe ex juſta cauſſa timoris conductæ habitationi quocunq; tempore rerunciare poſſit.

*l.17.§.3.ff.commod.l.quæro.54.§.1.l.3.ff.h.t.l.3 C.eod. Novell.120.cap.8.l.27.ff.hic.Gail.lib.2.Obſ.23.num. 7.*

12.

Conſtituta locatione & conductione, ſequitur perſonarum, quæ ſic contraxerunt, ad ſe invicem obligatio, ex qua prodeunt condictiones duæ, bonæ fidei, pariter directæ ac in heredes tranſitoriæ.

*§. actionum. 28. Inſt. de act. Myns. in §. perſequendæ num. 22. Inſt. eod. tit. Borch. cap. 5. in tractat. de pact. num. 7. & 9. l. ſed addes. 19. §. ex conducto. 8. d. l. quæro. 54. ff. h. t. l. 10. C eod.*

11.

Et primum quidem actio locati locatori adverſus conductorem competit, quâ finito uſu ſecundum conventionis legem ad conventæ mercedis præſtationem, rei locatæ reſtitutionem, adeoq; omnis damni dolo vel culpâ contra locationis pactionem dati, refuſionem tenetur.

*l. videamus. 15. l. ſi quis. 9. §. Imperator. 4. l. 58. l. cum in plures. 60. ff. h. t l. 13. l. 17. C. eod. Myns. cent. 4. obſ. 23. Wes. conſ. 62. num. 17. Vulteius. lib. 1. diſcept. cap. 15.*

13.

Culpa autem leviſſima aut caſus fortuitus regulariter in hoc contractu non præſtatur, niſi res ſuâ natura exactiſſimam diligentiam deſideret, vel conductor pro cuſtodia mercedem accipiat, aut pro ratione circumſtantiarum aut pactionum omnem in ſe caſum recipiat.

*l. 11. l. 40. cum l. ſeq. ff. hic. l. 28. C. hic. §. pen. Inſt. eod. ibiq; Wes. & in parat. h. t. num. 15. Soarez. in communi opin. litera C. n. 207. l. 22. C. de neg. geſt. l. 7. §. 14. ff. de pact.*

14.

Conductori contrà datur actio conducti adverſus locatorem ad perſequendum id, quod ſibi ratione conductionis debetur, ut liceat re & operâ conducta uti, ut locator rem locatam vitioſam reficiat,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241846-p0008-6

ficiat, damnaque inde emergentia refundat: ob ſterilitatem quoq; inſolitam vel interitum rei locatæ mercedem vel in totum vel pro parte ac ratâ temporis remittat, impenſaſq; neceſſariò vel utiliter in rem locatam factas reſtituat.

*l.7.cum duab.ſeq.l.15.l.27.ff.hic.l.8.& 28.C.eod. Cuia. lib.10.obſ.cap.4. & lib.15. cap.28.Wes.in para.hic.Gail.lib. 2.d. obſ.23.Gregor.Lopetz.in allegato libro ſingul.advers. cap. 16.*

*15.*

Quod ſi ante tempus completum, ob ſupervenientem forte rei locatæ alienationem, migrare oporteat conductorem; tunc locator, qui rem conductam alienat, conductori ad totale intereſſe & damnum, quandoq; etiam ad intereſſe lucri, quod erat ex re conducta, ſi ea uſq; ad finem locationem uti licuiſſet percepturus, tenetur.

*l.ſi in lege.24.§.colonus.4.l.qui inſulam.30. l.qui fundum. 32.cum l.ſeq.ff.h.t.Mollerus lib.4.ſemeſtr.cap.14.*

*16.*

Ad locationem denique, eamq; plerunq; perpetuam, haud incommodè refertur contractus emphyteuticus & libellarius, quo interveniente ſcriptura, dominus fundi ſui deſerti fortaſſè & ſqualidi uſum ac fructum pleniſſimum alteri concedit eâ lege, ut cultura ſuâ eum meliorem faciat atq; fructuoſiorem, & in recognitionem reſervatæ proprietatis certam mercedem ſeu annuum canonem domino rependat.

*§.adeo inſt.hic.l.1-2.& 3.C.de iur.emphytev.Cuiac.in par. C.eod.l.5.l.poſſeſſores.12.de fundis patrimon.C.lib.11.l.1. ff.ſi ager vectigalis.Novell.7.in fin.Cuiac.in tractatu feud.fol.480.Olden.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241846-p0009-6

claſſ. 5. de act. emphyt. Borch. in tract. de feud. cap. 3. num. 2. & ſeq.

17.

Eſtq; duplex emphytevſis civilis vel eccleſiaſtica, quarum illa eſt in rebus profanis immobilib. & perpetua; hæc in rebus Eccleſiaſticis ultra generationem tertiam plerunq; ſe non extendens.

*Wes. in parat hic. num 2. Borch. in allegato tractatu num. 14. & ſeq. Herman. Vult. in I. R. d. cap. 36. Avthent. perpetua. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

18.

Cæteroquin conſtituitur emphytevſis à domino & omnibus, qui id faciendi jus habent pactionibus, præſcriptionibus & teſtamento.

*d. §. adeo Inſt. hic. l. 2. ibiq; Dd. C. de iure emphyt. Wes. in par. ff ad hunc tit. & ad tit. ſi ager vectigalis. l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. l. litibus de agricol. & cenſit. l. fin. de fund. patrimon. C. lib. 15.*

19.

Succeſſione verò ab inteſtato, jus Emphytevticum non tàm de novo conſtituitur, quàm conſtitutum continuatur poſt obitum accipientis in ejus liberos vel heredes, quib. in inveſtitura vocatis pro hereditariis pactionibus ordine ſucceſſivo Emphytevſis obvenit.

*Iul. Clar. §. Emphytevſis. quæſt. 32. arg. l. 4. C. de liberis præt. Treutl. part. 1. diſp. 29. th. 11:*

20.

Quoniam a. hic contract. emphytevticarius pactis potiſſimum formatur, & ſecundum contrahentiũ placita variatur, appoſitis hujuſmodi cõtractui pactionib. omninò ſtandũ eſt, & ſi in illis de pericul.

& caſu

& caſu fortuito quid certi convenerit, illud ſervandum eſt: ſi verò nihil conventum fuerit, tunc totius rei interitus ad dominum, damnum autem particulare ad Emphytevtam pertinebit.

*d. §. adeò. Inſt. hic, d. l. 1. 2. & 3. h. tit. ibiq́; interpretes. Gail. d. obſ. 23. num. 22. & ſeq.*

21.

Solvitur poſtremô hic conſtitutæ Emphytevſeos contractus, finito conceſſionis uſu, itemq́; abuſu rei in Emphytevſin datæ, ſi nimirum tantus ſit, qui vergat ad perpetuam fundi deteriorationem, neque culturam fructuum reſpiciat, ſed ipſam rei proprietatem: non ſoluto quoque canone intra biennium in Eccleſiaſtica: in civili verò Emphytevſi per triennium, etſi interpellatum non ſit.

*d. l. fin. C. de fundis patri. Avt. qui rem, ubi Dd. C. de SS. Eccleſ. Novell. 7. cap. 3. & 120. cap. 8. Myns. cent. 3. obſ. 65. & 97. & cent. 6. obs. 86. Hart. Piſt. lib. 1. quæſt. 28.*

## *Conſectaria.*

I.

AN ſicut ob ſterilitatem ſine culpa conductoris contingenter provenientem penſio remitti, ita ob immodicam ubertatem augeri poſsit, magnus inter Dd. conflictus eſt. Nos, etſi remiſſam penſionem ob præcedentis vel ſubſequentis anni notabilem fertilitatem repeti poſſe non negamus, non rectè tamen, ſi conductor ſuâ induſtriâ ex fundo locato uberiores

beriores fructus perceperit ad conventæ penſionis augmentum agi poſſe, putamus.

*l. 15. §. 4. l. 25. §. 6. ff. hic. l. 18. C. eod. Gail. lib. 2. d. obſ. 23. VVes. conſ. 3. n. 52.*

II.

Colono partiario nec beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. nec quanti minoris ſupplementum de iure competere videtur.

*l. ſi merces. 25: §. vis maior ff. h. t. Gail. d. obs. 24. Oldendorp. claſſ. 4. act. 9. tit. 4.*

III.

An domino ob non ſolutum canonem, propria autoritate Emphyteutam expellere liceat dubiæ quæſtionis eſt. Nos magiſtratus autoritatem, declaratoria ſententia interveniente, requirimus.

*argument. l. 3. C. de pig. l. ſi ſervus. ff. quod cum eo, qui in alterius poteſtat: Myns. cent. 3. obs. 97. Piſt. lib. 1. quæſt. 22.*

IIII.

In emphyteuſi pignorationem non habere

bere locum , contra communem Dd. aſſer-
tionem probabiliter defendi poſſe arbitra-
mur

*Mollerus lib 3. Semeſtrium. c. ult. Ar. Pinel. in repetitione l. 1. part. 3. num. 18. & ſeq. C. de bon. mat. & in l. 2. part. 2. cap. 1. num. 14. C. de reſcind. vend.*

V.

Vtrum Emphyteuta moram ob non ſo-
lutum canonem commiſſam celeri ſatisfa-
ctione purgare poſsit inter interpretes va-
riè multumq; controvertitur, ſed negativa
de iure nobis verior videtur.

*l. 2. C h. t. l. magna de contrahend. & com. ſtip. arg. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de Obl. & act. Borch. in tract. feud. cap. 7. num. 30.*

FINIS.

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X

TA 7 OL

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241846-p0015-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241846-p0016-1

30

ENVNCIATA
DISPVTATIONIS
NONAE
libri 3. Inſtitut. Imp.

# DE LOCATIONIS-CONDVCTIONIS ET EMPHYTEVSEOS CONTRACTV

Ex tit. 24. d. lib. 3. Inſt. conſonis
I. C. textibus excerpta
QVAE
A. D. T. E. V.
PRAESIDE
Nobiliſſimo, Clariſſimo. Conſultiſſimoq; Viro
DN. ARNOLDO DE REYGER,
I V. D. ET ORDINARIO P.
Profeſſore digniſſimo
Diſcutienda proponit, & pro ingenij tenuitate
tueri annitetur
IOHANNES ERNESTVS
ab Hundelshauſen.
Ad 29. Diem Martii
Hora & loco conſuetis.

IENAE
Ex typographéo Tobiæ Steinmanni.
ANNO CIↃ IↃ XCV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241846-p0017-6